

folio

cccxxviii

pater eius et contemplans tres fenestras:
dixit artificibus. Quare tres fenestras in
istis: Dicunt ei. Filia tua sic nobis p̄
cepit. Ipse vero conuocans filiam suam
ait. Filia: tu impasti tres fenestras istis
Ipsa respondit. Etiam etenim benefeci. nā
tres fenestre illumināt omnē hominē: due
vero obnubilant. Et assumens eam pater
eius descendit in natatoria et dixit ei Quo
modo tres illuminant plus duabus. Be
ata barbara singulas fenestras designās di
xit. Hec patrem hec filium: hec innuit spi
ritum sanctum. Tunc pater eius furore re
pletus euaginato gladio conatus est eam
transuerterare. Quauit uero beata Barba
ra et scissa est petra una que suscepit eā in
tra se et eiecit super montem. Erant autem
duo pastores oues in monte pascentes qui
et viderunt eam cum lapide trāsseri. Ac
cedens uero pater eius interrogauit eos de
filia. Tunc unus quidē studuit eam celan
do saluare. Alter uero digito mōstrauit eā
Tunc maledixit ei Barbara. et statim facte
sunt oues eius locuste que sic permanent i
eius sepulchro vsq; in hodiernum diē. He
uero pater eius recipiens eam flagellauit.
et tenens cornam capitis eius abstraxit eā
a monte. et reclusit eam in cella: quam mu
niens clauis et catenis constituit custodes
et abiens nunciauit prefidi. Qui ueniens
sedebat pro tribunali. et sibi a patre presen
tate puelle admirans pulchritudinē dixit.
Quid uis. aut parce tibi ipsi sacrificando
dij: aut acerzimis tormētis traderis. que
respondit Ego habeo sacrificare dño meo
Iesu christo qui fecit celum et terram et o
mnia que in eis sunt. De demonib; tuis di
cit Psal. Os habent et non loquentur: o
culos habent et non uidebūt. Aures habēt
et non audient: nares habent et non odora
bunt. Pedes habent et non ambulabunt:
nec clamabūt in guttore suo. Similes illi
fiant qui faciūt ea: et omnes qui confidunt
in eis. Tunc pater furore repletus: iussit
eam expoliari et eius carnes necuis tauri

nis discerpi. et cilicinis texturis defricare.
Que plage tam grauitate illate sunt ei: ut
omne corpus eius conuenteretur sanguine
Et iussit ut recluderetur in carcere: donec
tractaret qua pena consumeretur. Media
autem nocte circumfulsit eam lux de celo:
in qua apparuit ei dominus dicens. Confi
de et confortare Barbara: quia copiosum
gaudium de te fit in celo et in terra. Non er
go metuas minas tyranni. ego enim sum te
cum. et eruam te ab omnibus plagis que i
feruntur tibi. Tunc statim omnes plage si
comparuerūt. Hanc autem facto presidi
presentatur: qui uidens qd illata tormenta
non nocerent dixit ei. Ecce quomodo pro
piciant sunt tibi dij. et diligunt te. Barbara
quia plagas tuas sanantes obduxit. que
respondens dixit Similes sunt tui dij sur
di et ceci. et sine intellectū et immobiles quo
modo poterunt plagas meas curare qui
remedium sibi ipsis non possunt prestare.
Ille autem qui me curauit est christus fili
us dei uiuū quem tu non uides eo qd cor tu
um a dyabolo induratum est. Tunc iratus
preses et fremens ut leo iussit discerpi la
tera eius. et lampades ardentes applicari:
versisq; pedibus suspendi. et malleo caput
eius trudi. vsq; dum per eius nares san
guis distillaret in terram. Ipsa uero intui
ta in celum dixit. Tu nosti secreta cordis
mei cognitor christe: quia propter te has
plagas sustineo. ideo non derelinquas me
Tunc preses iussit abscondi gladio mām
las eis quibus abscondis aspiciens in celum
beata uirgo dixit. Ne proicias me domine
a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne au
feras a me. Deinde iussit eam nudam ciui
tatem circuire et plagas inferendo flagella
ri: que intrens in celum dixit. Domine de
us qui operis celū nubibus protector me
us esto et adiutor. tege nuditatem corpo
ris mei: ut a uiris impijs et lasciujs nō ui
deatur. Tunc dominus misit angelum suū
qui operuit eam stola candida. Igitur duc
ta a militibus in quoddam predium: p̄ses

R ij